

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Crux k
cum fontibus primis

Scapulis tuis obumbrasti michi et cetera.

Itaque devotae illi gratiarum actioni respondet
Spiritus: Non id solum, inquiens, faciet, sed et
SCAPULIS SUIS OBUMBRABIT TIBI (Ps. 90:4).

Sub hiis scapulis quatuor nobis
beneficia conferuntur.
Sub hiis enim abscondimur,
sub hiis ab incursu accipitrum et milvorum
protegimur que sunt aerei potestates,
sub hiis umbraculum salubre nos refrigerat
et nimium solis ardorem repellit,
sub hiis quoque alimus et foveamur.

Bernardus Claraeuanensis, *Sermones super Psalmum “Qui habitat”*, 4.1 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.397-8, ll.13-14, 1).

Hiis uirtutum gemmis quatuor cornua
crucis ornantur.

Bernardus ibidem (super Cantica sermone
LXV.).

Sub his itaque scapulis quattuor nobis
beneficia conferuntur:
sub his enim abscondimur;
sub his ab incursu accipitrum et milvorum
protegimur, quae sunt aereae potestates;
sub his umbraculum salubre refrigerat nos
et repellit nimium solis fervorem;
sub his quoque alimus et foveamur.

Bernardus Claraeuanensis, *Sermones super Psalmum “Qui habitat”*, 4.3 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.399, ll.9-12).

His nempe virtutum gemmis quattuor cornua
crucis ornantur,
et est supereminentior caritas,
a dextris oboedientia, patientia a sinistris,
radix virtutum humilitas in profundo.

Bernardus Claraeuanensis, *Sermones in die Pasche*, 1.2 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.76, ll.12-14).